SERENISSIMO, POTENTISSIMO, ET EXCELLENTISSI.[mo] PRINCIPI,
CAROLO, Dei gratia, Magnæ Brittaniæ Franciæ *et* Hiberniæ Regi, Fidei defenſori &c.
Has tabellas, Aqua forti, (ſecundum Antiqua Originalia Coloribus depicta) æri inſculptas,
Humillime dedicat conſecratq;, Wenceſlaus Hollar, Bohem, A.° 1639.

PLANTAGENETORVM Richardus, stirpe ſecundus
Ortus, hic est, auro, pulchrior ore, nitens,
Huic adſtant bini Reges, EDMVNDVS, ab unda
DANICA, cui extracto tela tulêre necem,
Annulum EDWARDVS, gestat Confeſsor, at alter,
Baptiſta èst, πρόδρομος (CHRISTE *supreme*) tuus,
Dicitur hos Princeps ſibi delegiſse patronos,
Devotè votis, et coluiſse magis,

Cur Regi e ſiliquis, torques contexta geniſtæ,
Cognomen Regis PLANTAGENISTA fuit,
Pendulus est albus cervus, cui colla catêna,
Perq; quieſcentis terga reducta, ligat,
Regia cum fuerat, mater pulcherrima, cervam
Albam inſigne tulit, filius unde marem.
Quod toga conſertis aquilis (cerviſq;) refulget,
Filiá WENCESLAI Cæſaris vxor erat,

Cum Privilegio Sac.[ae] Reg.[ae] Maiestatis

© Herzog Anton Ulrich-Museum Braunschweig